

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Mors ap cum uariis

In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua: mortis horrorem, iudicii tremendum ualde discrimen, ardentis gehenne metum ab oculis cordis tui elongari nullatenus paciaris. Cogita peregrinacionis tue miseriam, recogita annos tuos cum amaritudine anime tue, et cogita uite humane pericula. Cogita fragilitatem propriam et in huius cogitacione, si perseueraueris, dico tibi, parum sencies quicquid foris uidetur esse molestum, dum toto corde circa interiorem molestiam occuparis.

Bernardus in quodam sermone.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Mors ap] Mors aq P V¹ V² L¹ L²; memorare nouissima tua: mortis horrorem] memorare tue mortis horrorem P V¹ V² L¹ L²; iudicii] iudicis M; tremendum] tremendi P V¹ V² L¹ L²; cordis tui] tui cordis P V¹ V² L¹ L²; cum] in P V¹ V² L¹ L²; huius] huiusmodi P V¹ V² L¹ L²; occuparis] occuperis P V¹ V² L¹ L²